

Heinrich Schuckmann

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Henricus Schuckman I.D & Codicis Professor, Ad iusta exequialia quae ... Catharinae von Buhnen/ Viri ... Dn. Valentini Legdae, SS. Theologiae Doctoris ... relictæ viduae, Hodie ... exsolventur, Omnes & singulos Academiae Cives, sedulo ac peramanter invitat : [P.P. Rostochii, sub sigillo Universitatis d. 19. Iunii Anno 1640.]**

Rostochii: Kilius, 1640

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747417458>

Druck Freier  Zugang




Schvckman, H.,  
in C.v. Buhnen,  
uxor. V. Legdaei.

R. (1740.)

1640

51







PROGRAMMA

<sup>2<sup>vo</sup></sup>  
RECTOR

Universitatis Rostochiensis  
HENRICVS SCHVCKMAN

J. D. & Codicis Professor,

AD

*Festa exequialia*

quæ

FOEMINÆ ORNATISSIMÆ  
CATHARINÆ

von Zubnen/

*Viri Reverendi atq; Clarissimi*

DN. VALENTINI LEGDÆI,

SS. Theologiæ Doctoris, & Professoris quon-  
dam in hâc Academiâ eximij; relictæ viduæ,

*Hodiè horâ mediâ primâ exsolventur,*

& singulos Academiæ Cives,  
modulò ac peramanter invitat.

✠✠✠✠✠

ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.

ANNO MDC XL.



PROGRAMMA

RECTOR

Universitatis Rostochiensis

HENRICVS SCHVCKMAN

J. D. & Codicis Professor

AD

Juliae caesariensis

die

FORMINE ORNATISSIMA

CATHARINAE

sanctae

M. Rectorum et Prof. Magistri

DR. VALENTINI LEGDAE

ss. Theologiae Doctoris & Professoris qua-

dam in hac Academiae: religiose videtur

habere hoc iudicium primum exploratum

Orator & singulos Academicos Cives

habulo ac per amantem invitar

206 207 208

ROSTOCHII

JESU NICOLAI KILII, Aed. Typogr.

ANNO MDCCXXI





Vduarum conditio quam ærumnabilis sit, & exquisitissimis calamitatibus obnoxia, adeo tritum est in mortalium consortio, ut nihil propemodum vulgatus offendatur. Maritis quamdiu convivunt Uxores, honoratio-ri matrimonio junctæ; in precio spectantur plurimis, & isto loco habentur, quo haberi eas Maritalis dignitas jubet. Quod si autem conciderit Virile patrocinium, tanta fit mutatio superioris felicitatis, ut multi sint, ad fortunæ nutum sua tempora componentes, qui non solum præterlabi afflictas fugitivo oculo, quasi nunquam antehac cognitæ, sed etiam (quod graviter ferendum!) imbellibus insultare, nequicquam erubescunt. Capite salvo erectoq;, benè agi cum membris oportet: Ità enim reliquo corpori velut ex arce præsidet, ut & prævidere adversitates in-

G 2

gruen-



gruentes, quæ ad cæteras partes accedunt, & summo quodam moderamine propollare possit. Eodem verò semel colliso, neq; corpori amplius sua constabit integritas. Caput mulieris Maritus est: illius præsidio quantisper se munitam sentit, parum fuerit, quod expavescat infortunij tela; quippè quæ Viri ingenium, ceu ad ferenda mala fortius compactum, primo loco attentant, ab eoq; prudenter excepta, sic sæpè retorquentur, ut raro perumpant ad imbecilliores partes, licet ipsa quoq; vi Legis divinæ, omnium difficultatum sit confors, quibus affluere Conjugium solet. Contra, ubi ejusmodi propugnaculum subducitur, nihil dubij est, quin deinceps quilibet ictus adversæ sortis, cum non obstat qui se objiciat incurioni, solam, velut agmine facto, Fœmineam naturam adoriantur, eamq; nisi intervenerit celeste subsidium, extremè conficiant. Ista Fortunæ asperitas, quamvis communis videatur omnium Viduarum; præcipue tamen ac potiori gradu eas afficit, quas acerbo funere meriti, Literati relinquunt. Dolendum quidem est, & vel lachrymis deplorandum, Eruditorum labores, quibus prodesse multis studuerunt,

duerunt, usq; adeo posthaberi ab ingrata mundi progenie, ut viduæ ipsorum satis miserabiles, pedibus quasi terantur ac conculcentur. Quicquid verò sit, ut ut subiaceat Viduitatis status tot funestis molestiarum discrimini- bus; certè si placitum attendatur divini con- silij, longè res aliter cadit, atq; opinari de illà humanæ mentes consueverunt. DEUS optimus maximus Viduarum promisit se fore Patronum; Undè necesse est, exitiale bellum gerat, quisquis sibi negotium facessere sum- serit, ac dolorem creare ijs, quæ tanti susti- nentur tamq; infiniti Vindicis authoritate. Eam enim benignissimus Pater Viduarum curam agit, ut aut affulgere ipsis in terris fa- ciat prosperioris sideris aspectum, aut, ubi se- cus visum fuerit, terreno carcere solutas, in libertatem asserat supernæ mansionis, nullo fine terminandam. Pro Exemplo sistimus Foeminam Lectissimam CATHARINAM von Buhnen/ cujus exequiæ hodiernâ luce peragenda veniunt. Quantis illa angustijs, ab integro sexennij spacio, ex quo calamito- sam viduitatem ingredi coeperat, constricta vixerit, nihil est, quod explanetur: diffici- limas eas fuisse plariq; intelleximus. Quem-

admodum verò ærumnosæ huic Foemellæ  
condolere hæctenus ex præcepto Charitatis  
æquissimum fuit; Sic gratulemur ipsi decet,  
postquam cælesti favore sublevata, ad bea-  
tissimam animarum sedem, ubi nullus datur  
Viduitati locus, die abhinc tertio feliciter  
commigravit. Nata autem erat in hæc urbe,  
loco celebri. Parentes habuerat pietatis ac  
virtutum laude exornatos, qui istâ ætate  
honestam superesse nominis sui famam im-  
primis contendebant; Patrem quidem Vi-  
rum integerrimum JOHANNEM von Buh-  
nen/in Civium hujus Civitatis & Negociato-  
rum ordine non postremas tenentem; Ma-  
trem verò Matronam ornatissimam CATHA-  
RINAM Gulowen; quæ in id enixa est unice,  
ut, quod sui muneris esse sciebat, Filiæ sibi  
cognomini, prima semina Doctrinæ Christia-  
næ unâ cum operis muliebri sexui conveni-  
entibus, maternâ fide instillaret; quo institu-  
to Pater quoq; laboranti Uxori industrias ma-  
nus porrexit; atq; itâ utriusq; Parentis dili-  
gentiori educatione magis magisq; polita  
Filia, istam præ se ferre morum concinnita-  
tem didicit, cujus nomine, ubi adultior facta  
esset & plenis nubilis annis, facilè invenit,  
quem


quem in sui amorem legitimè pertraheret;  
Erat tunc temporis in viduâ domo constitu-  
tus Vir Reverendus ac Clarissimus Dn. VA-  
LENTINUS LEGDÆUS, p. m. SS,  
Theol. D. & Professor in hac Universitate  
eximius, Collega & amicus noster colendus.  
Is, cum & tædio solitariae vitæ duceretur, &  
insigniter se allectum sentiret venustate pro-  
bitateq; hujus virginis, die 13. Septembr. An-  
no 1625. solennes cum eâ nuptias contraxit,  
Hoc Conjugio, quod debitâ pace conspicu-  
um, ad octennium usq; durabat, nati sunt  
pijs Conjugibus tres liberi, Filiolus unus, qui  
Patris obitum inverso ordine antevertit; &  
duæ Filiolæ, quas ad luctuosum orbitatis sta-  
tum redactas, supremo Orphanorum Patri de-  
votè committimus. Defunctam quod spe-  
ctat, eam exercuit terrenæ vitæ militiam, quâ  
officia piæ modestæq; foeminae, quantum con-  
cedere fragilitas videbatur, sedulò absolveret,  
Istâ vivendi ratione hoc præstabat, ut non tan-  
tum se dignam probaret Marito Clariss. sed  
impensè etiam gratam atq; acceptam Germa-  
no Fratri, Viro Reverendo atq; Doctiss. Dn.  
JOHANNI von Buhnen Ecclesiæ Pastori in  
Frisiâ Orientali vigilantissimo. Viduam for-  
tem,


tem experta, cum imminere sibi gravissimum  
onus perentisceret, animo ad Deum conver-  
so, sacris Concionibus & publicis precibus se  
dabat frequenter præsentem, sicq; non exi-  
guum solamen domesticis ærumnis afferebat.  
Morbum, cum quo conflictari aliquandiu  
coacta fuerat, patiens sustinuit; donec tandem,  
apprehensâ salutis Anchorâ, die 16. præsentis  
mensis, naufragû pelagus piè eluctata, ad opta-  
tissimum portum appelleret. Nostrum est,  
Cives Academici, Honestæ Matronæ exuvias  
ad dormitorium deducere. Debemus istud  
officij, partim Marito, Dn. Professore, de nost-  
ræ literariâ benè olim merito, partim quoq;  
ærumnosæ antehac Viduitati, in cujus gra-  
tiam, quanto libentius exequias iverimus, tan-  
tò longiùs ab eorum consortio, qui viduarum  
curâ parum tanguntur, recessisse nos demon-  
strabimus. P. P. Rostochij, sub sigillo Uni-  
versitatis d. 19. Junij An-


no 1640.

Conventus fiet in templo Maria-  
no, hodiernâ mediâ primâ.













quem in sui amorem legitimè pertrah  
Erat tunc temporis in viduâ domo cons  
tus Vir Reverendus ac Clarissimus Dn.  
**LENTINUS LEGDÆUS**, p. m.  
Theol. D. & Professor in hac Universit  
eximus, Collega & amicus noster colen  
Is, cum & tædio solitariae vitæ duceretur  
insigniter se allectum sentiret venustate  
bitateq; hujus virginis, die 13. Septembr.  
no 1625. solennes cum eâ nuptias contr  
Hoc Conjugio, quod debitâ pace consp  
um, ad octennium usq; durabat, nati  
pijs Conjugibus tres liberi, Filiolus unus,  
Patris obitum inverso ordine antevertit  
duæ Filiolæ, quas ad luctuosum orbitatis  
tum redactas, supremo Orphanorum Patri  
votè committimus. Defunctam quod  
stat, eam exercuit terrenæ vitæ militiam,  
officia piæ modestæq; foeminæ, quantum  
cedere fragilitas videbatur, sedulò absolv  
Istâ vivendi ratione hoc præstabat, ut non  
tum se dignam probaret Marito Clariss.  
impensè etiam gratam atq; acceptam Ger  
no Fratri, Viro Reverendo atq; Doctiss.  
**JOHANNI von Buhnen** Ecclesiæ Pastori  
Frisiâ Orientali vigilantissimo. Viduam

